



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Mauritius Cum Sociis MM. 22. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

(80) 201 (o)

S. MAURITIUS CUM SOCIIS MM.

22. Septembris.

*Regnum meum non est de hoc mun-
do; si de hoc mundo esset regnum
meum, ministri mei utiq; decerta-
rent, ut non traderer Iudeis:
nunc autem regnum meum non est
hinc.* Joan. 18.

Vocaverat ex Thebæa legione jam semel iterumque ad supplicium decimum quemque Maximianus, cum ita ad reliquos Dux MAURITIUS. Libavimus milites hodie sanguinem nostrum, nondum litavimus. Sed bonum factum! litabimus, ubi nostrum cum Sociorum cruce miscebimus. Illos è cœlo jam spectare vos, è cœlo audiri credite. Quid enim? erubescite. Primus è nobis cœlum subiit, quisquis decimus cecidit. Proinde si viri estis, uni semper novem invidetis. Menon Ducem putate, nisi ad mortem moriendo vos duxero; vos modò mortem triumphalem portam credite. Nimirum uno jam

N 5

ore

ore omnes Maximianum incusare; quid tam
parcè biberet, quem tam sitiret, sanguinem?
indulgeret improbae siti, quando sibi tantum
dem sanguinis in divite vena ac sociis bulliret.
Si crimen esset Diis non sacrificare, crimen
hoc omnium esse, cur pauci luerent, quod
omnes peccassent? Itaque cingit omnis exer-
citus fortissimam Phalangē, mactatq; omni;
cūm ecce veteranus supervenit, clamat,
frustrà veteranum se dici, si præmia Juvenes
præripiant; frustra tot stipendia numerare,
nullam Martyrii palmam; per emeritam de-
nique senectam orat, sequi saltem trium
phantes in cœlum Thebæos liceret, quos
præire tarda ætas prohibuisset. Et annuit e-
tiam huic Maximianus, in hoc uno adversus
Christi cultores liberalis. Et profectò in nul-
lis puto canis tam pulchrè vel sanguis rubuit,
vel laurus viruit. *Ex Surio.*

M E D I T A T I O.

*Plus Christo militandum quam
regnis mundi.*

1. **Q**uid mundo militas? qui si blanditiis te allicit
ad castra sua. Tyrannus est, nam mentitâ a-
miciâ exitium tuum meditatur. Si palam te aggredi-
tur, tunc hostis est, & quare hostem amas? & non
potius militas Jesu Christo qui te adeò dilexit: Quid
fecit

uid tam
guinem
tantun-
ulliret
crimen
, quod
is exer-
omni
clamat,
Juvenes
erare, si
tam de-
trium
quos
inuit e
dversus
in nul-
rubuit,
am
te allicit
entitâ a
aggredi-
& non
: Quid
fecit

icit tibi Jesus, ut ejus adversarii partes suscipias? **Cum**
mundus oderit Christianum, **quid amas qui te odit?** & non
diligis eum, qui te redemit, & diligit? S. Cyprian.

2. Verte potius arma tua contra mundum: Arma
ta juxta Apostolum ad Thessal. *sunt lorica fidei, &*
charitatis & galea spei fide tuâ oppugna potestates te-
nebrarum? quis zelus tuus in reducendis ad Deum
errantibus? imitare zelum S. Mauritii. Spe tuâ abs-
trahe te & alios ab inanibus præmiis falsò promit-
tentis mundi, & provoca ad gloriæ supernæ bravium.
charitate tuâ inflamma cor tuum & proximum tuum.
Sequere Chrysologum. *Audiant te homines parva man-*
dantem, & grandia facientem.

3. Qui militant Jesu Christo cum S. Mauritio non
nisi fortiter occumbendo triumphant. Sicut & ipse
Christus triumphavit moriendo. Vince & tu non re-
sistendo iis qui te appetunt injuriis.

S. THECLA V. M.

23. Septembbris.

Inimici hominis domestici ejus.

Matt. 10.

Princeps earum Virginum THECLA me-
moratur, quæ candidum animi pudorem
Martyrii purpurâ exornârunt. Hæc à magno
Paulo fidem Iconij edocta, cùm ab ejus ore
dies noctesque è fenestra penderet; facilè mis-
so, qui ei è prima nobilitate fuit, sponso,
Chri-